Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Lichtenthal 7

Langton, Stephen

Frankreich (?), [13. Jh.]

Galaterbrief

urn:nbn:de:bsz:31-35356

Visual Library

et nos infirmi sumus in illo. sed vivimus cum
eo ex virtute dei in vobis. Vosmetipsos tempta
te si estis in fide. ipsi vos probate. An non cognos
citis vos metipsos. quia christus ihesus in vobis est. nisi for
te reprobi estis. Spero autem quod cognoscetis quia nos
non sumus reprobi. Oramus autem deum ut nichil
mali faciatis. non ut nos probati pareamus. sed ut
vos quod bonum est faciatis. nos autem ut reprobi simus.
Non enim possumus aliquid contra veritatem. sed pro verita
te. Gaudemus enim quando nos infirmi sumus.
vos autem potentes estis. hoc et oramus vestram consum
mationem. Ideo hec absens scribo ut non presens du
rius agam. secundum potestatem quam dominus dedit michi
in edificationem et non in destructionem vestram.
De cetero fratres gaudete. perfecti estote. exhorta
mini. idem sapite. pacem habete. et deus di
lectionis et pacis erit vobiscum. Salutate invicem
in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia domini
nostri ihesu christi. et caritas dei. et communicatio sancti spiritus
sit semper cum omnibus vobis. Amen. Incipit
argumentum in epistola ad Galathas.

Galathe sunt greci. hi verbum veritatis pri
mum ab apostolo acceperunt. sed post discessum
illius temptati sunt a falsis apostolis. ut in legem
et circumcisionem verterentur. hos apostolus revocat
ad fidem veritatis scribens eis ab epheso. Incipit
epistola ad Galathas.

Paulus apostolus non ab hominibus
neque per hominem sed per ihesum christum
et deum patrem qui suscitavit eum
a mortuis et qui mecum sunt omnes
fratres. ecclesiis galathie gratia vobis
et pax a deo patre nostro et domino ihesu
christo. qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. ut
eriperet nos de presenti seculo nequam. secundum vo
luntatem dei et patris nostri. cui est gloria in secula
seculorum. Amen. Miror quod sic tam cito transferi
mini ab eo qui vocavit vos in christi gratiam
in aliud evangelium quod non est aliud. nisi sunt aliqui qui
vos conturbant. et volunt convertere evangelium christi. Sed
licet nos. aut angelus de celo evangelizet
vobis preter quam quod evangelizavimus vobis anathe
ma sit. Sicut supra dixi nunc iterum dico. si
quis evangelizaverit preter id quod accepistis.
anathema sit. Modo enim hominibus suadeo
an deo? aut quero hominibus placere? si adhuc
hominibus placerem christi servus non essem. Notum vobis
facio evangelium fratres. quod evangelizatum est a me. quia
non est secundum hominem. neque enim ego ab homine accepi il
lud neque didici. sed per revelationem christi ihesu.

Audistis enim conversationem meam aliquando
in iudaismo. quoniam supra modum persequebar ecclesiam
dei et expugnabam illam. et proficiebam in iuda
ismo. supra multos coetaneos meos in gene
re meo. habundantius emulator existens
traditionum patriarum mearum. Cum autem pla
cuit ei qui me segregavit ab utero matris
mee. et vocavit per gratiam suam ut revelaret
filium suum in me. ut evangelizarem illum in gentibus.
continuo non acquievi carni et sanguini. neque
veni iherosolimam ad antecessores meos apostolos.
sed abii in arabiam. et iterum reversus sum damascum.
Deinde post annos tres veni iherosolimam II
videre petrum. et mansi apud eum diebus xv.
Alium autem apostolorum neminem vidi nisi iacobum
fratrem domini. Que autem scribo vobis. ecce coram
deo quia non mentior. Deinde veni in partes sirie et ci
licie. Eram autem ignotus facie ecclesiis iudee
que erant in christo. tantum auditum habebant. quoniam qui
persequebatur nos aliquando. nunc evangelizat
fidem quam aliquando expugnabat. et in me
clarificabant deum. Deinde post annos xiiii.
iterum ascendi iherosolimam cum barnaba assump
to et tito. Ascendi autem secundum revelationem et contuli
cum illis evangelium quod predico in gentibus. seorsum
autem hiis qui videbantur aliquid esse. ne
forte in vacuum currerem. aut cucurrissem. sed
neque titus qui mecum erat cum esset gentilis co
actus est circumcidi. sed propter subintroductos falsos
fratres. qui subintroierunt libertatem nostram ex
plorare. quam habemus in christo ihesu ut nos in servi
tutem redigerent. quibus neque ad horam ces
simus subiectioni. ut veritas evangelii maneat
apud nos. Ab hiis autem qui videbantur esse
aliquid quales aliquando fuerint nichil mea
interest. Deus enim personam hominis non accipit. Michi enim
qui videbantur esse aliquid nichil contulerunt.
sed econtra cum vidissent quod creditum est michi evangelium
prepucii. sicut petro circumcisionis. qui enim operatus
est petro in apostolatum circumcisionis. operatus
est et michi inter gentes. Et cum cognovissent
gratiam que data est michi inter gentes. petrus.
et iacobus. et iohannes. qui videbantur colum
ne esse. dextras michi dederunt et barnabe
societatis. ut nos evangelizaremus in gentes.
ipsi autem in circumcisionem. tantum ut pauperum me
mores essemus. quod etiam sollicitus fui hoc
ipsum facere. Cum autem venisset petrus antiochi
am in faciem ei restiti. quia reprehensibilis
erat. Prius enim quam venirent quidam a iacobo

uo cum gentibus edebat. Cum aũ ue
nissent subtrahebant ⁊ segregabat se. ti
mens eos qui ex circumcisione erant. ⁊ si
mulatõni consenserũt ceti iudei. ita ut bar
nabas duceret̃ in eam dẽ simulatõnẽ. Sz cũ
uiderẽ q̃ n̄ recte ambularẽt ad ueritatẽ
euangelii. dixi petro corã omĩbus. Si tu
cũ iudeus sis gentilit̃ uiuis. ⁊ nõ iudaice. q̃
m̃ gentes cogis iudaizare. Nos natũ iudei
⁊ n̄ ex gentibus peccatores. scientes aũ q̃ n̄ iusti
ficatur homo ex operib; legis. nisi p fidẽ ihu xp̄i.
in fide xpi
credimus ut iustificem̃ ex fide xp̄i. ⁊ n̄ ex operi
bus legis. Propt̃ q̃ ex operibus legis n̄ iustifica
bitur omnis caro. Quod si q̃rentes iustificari ĩ
xp̄o inuenti sumus ⁊ ipi peccatores. numquid xp̄c
minister pecti ẽ. Absit. Si n̄ q̃ destruxi hec
itm̃ edifico. preuaricatorẽ me esse constituo. Ego
n̄ p legem legi mortuus sum ut dõ uiuam.
xp̄o confixus sum cruci. Viuo aũ iã n̄ ego. ui
uit ũ in me xp̄c. Quod aũ nc̄ uiuo ĩ carne in
fide uiuo filii dei. qui dilexit me. ⁊ tradidit
semetipm̃ p me. Nõ g̃ abicio grãm dĩ. Si n̄
p legẽ iusticia. g̃ xp̄c gratis mortuus est. III
O insensati galathe. quis uos fascinauit
ueritati n̄ obedire. an quoz oclos xp̄c ihc
proscriptus est in uobis crucifixus? hoc solũ uolo
a uobis discẽ. ex operibus legis spm̃ accepistis.
an ex auditu fidei? Sic stulti estis. ut cũ spu̅
ceperitis. nc̄ carne consummemini: tanta
passi estis sine causa. si tñ sine causa. Qui
ergo tribuit uobis spm̃ ⁊ operatur uirtutes
in uobis. ex operibus legis an ex auditu fidei?
Sicut scriptum est. Abraham credidit dõ ⁊
reputatũ est ei ad iusticiam. Cognoscite g̃ q̃
qui ex fide sunt. hii sunt filii abrahe. Prudẽs
aũ scrptã q̃ ex fide iustificat gẽtes ds̄. prenũ
ciauit abrahe. quia ĩ te b̄ndicẽt omẽs gẽtes.
Igit̃ qui ex fide sunt b̄ndicẽtur c̃ fideli abra
ham. Quicũq; n̄ ex operib; legis sunt. sub male
dicto sunt. Scrptũ ẽ n̄. Maledcs̃ omĩs qui nõ
pmanserit ĩ omib; q̃ scrpta sunt in libro legis h̃.
ut faciat ea. Qm̃ autẽ ĩ lege nemo iusti
ficatur apud dm̃. manifestũ ẽ q̃ iustus ex fi
de uiuit. Lex aũ n̄ ẽ ex fide. s; qui fecit ea ui
uet in illis. Xp̄c aũ nos redemit de maledcõ
legis. fcs̃ p nobis maledcm̃. q̃ scrptũ ẽ. male
dcs̃ omĩs qui pendet ĩ ligno. ut in gentibus
b̄ndcõ abrahe fiet. ĩ xp̄o ihu. ut pollicitatõnẽ
accipiam̃ p fidẽ. Fr̃es. s̃ hoĩẽ dico. tñ hoĩs
confirmatũ testamñtũ nemo spnit. aut sup or

dinat. Abrahe dicte sunt pmissiones. ⁊ sẽi
eius. Non dicit ⁊ sẽibus quasi ĩ multis. s; quasi
in uno. ⁊ semini tuo qui est xp̄c. Hoc aũ dico
testamẽtũ confirmatũ a dõ. que p̃ quadringẽ
tos ⁊ triginta annos fcã ẽ lex. n̄ irritũ facit irritũ lege
ad euacuandam pmissionẽ. Nam si ex lege h̃e
ditas. iã n̄ ex pmissione. Abrahe aũ p repmis
sionẽ donauit ds̄. Quid g̃ lex? ppt̃ transgres
siones posita est. donec ueniret sem̃ cui pmi
serat ordinata p angelos. in manu mediatoris.
Mediator aũ unĩ n̄ est. ds̄ aũ unus est. Lex g̃
aduersus pmissa dĩ. Absit. Si n̄ data esset lex
q̃ posset uiuificare. uere ex lege esset iusticia.
Sz conclusit scrptura omĩa sub pccõ. ut pmissio ex
fide ihu xp̄i daretur credentibus. Prius aũ quã
ueniret fides. sub lege custodiebamur. conclu
si ĩ eam fidẽ q̃ reuelanda erat. Itaq; lex pe
dagogus nr̃ fuit ĩ xp̄o. ut ex fide iustificemur.
At ubi uenit fides. iã n̄ sum̃ sub pedagogo.
Omẽs n̄ filii dĩ estis. p fidem ihu xp̄i. Quicũq; n̄
ĩ xp̄o baptizati estis xp̄m induistis. Nõ ẽ iudeus
neq; grecus. n̄ ẽ seruus neq; liber. n̄ ẽ masculus ne
q; femina. omẽs n̄ uos unũ estis ĩ xp̄o ihu. Si
aũ uos xp̄i. g̃ abrahe sem̃ estis. s̃ pmissionẽ hẽdes.
Dico aũ. Quanto t̃pe heres paruulus IIII
ẽ nichil differt a seruo cũ sit dñs omĩũ. s; sub
tutoribus ⁊ actoribus est. usq; ad p̃finitũ t̃pc
a patre. Ita ⁊ nos cũ essemus paruuli sub elemẽ
tis mundi eram̃ seruientes. At ubi uenit
plenitudo t̃pis. misit ds̄ filiũ suũ fcm̃ ex mu
liere fcm̃ sub lege. ut eos qui sub lege erant
redimeret. ut adoptõnẽ filioz reciperemus. Qm̃
aũ estis filii dĩ. misit ds̄ spm̃ filii sui. in corda
nr̃a. clamantẽ abba pat̃. Itaq; iam n̄ ẽ seruus
s; filius. q̃ si filius. ⁊ heres p dm̃. Sz tc̄ quidẽ
ignorantes dm̃ hiis qui natã n̄ sũt diis ser
uiebatis. nc̄ aũ cũ cognouitis dm̃. immo cogni
ti estis a dõ. quom̃ conũtimini iterũ ad infir
ma ⁊ egena elemẽta. quib; denuo seruire
uultis? dies obseruatis ⁊ mẽses. ⁊ t̃pa ⁊ ãnos.
Timeo ne forte sine cã ĩ uob laborauim̃. esto
te sic̃ ego. q̃ ⁊ ego sic̃ uos. fr̃es. obsecro uos.
nichil me lesistis. Scitis aũ q̃ p infirmitatẽ
carnis euuãgelizaui uobis iam pridem. ⁊
temptatõnẽ uram̃ ĩ carne mea n̄ spreuistis.
neq; respuistis. s; sic̃ angelm̃ dĩ excepistis me.
sic̃ xp̄m ihm̃. Ubi ẽ g̃ beatitudo ura? testimo
niũ n̄ phibeo uobis. q̃ si fieri posset. oclos
uros eruissetis. ⁊ dedissetis michi. Ergo ĩi
micus fcs̃ sum uobis. uerũ dicens? Emu uob.

lantur uos non bene. sed excludere uos uolunt ut
illos emulemini. Bonum autem emulamini in bo
no semper. et non tantum cum presens sum apud uos. Fi
lioli mei quos iterum parturio donec formetur
christus in uobis. Vellem autem apud uos esse modo.
et mutare uocem meam quoniam confundor in uobis.
Dicite mihi qui sub lege uultis esse. legem non legis
tis? Scriptum est enim quoniam abraham duos filios
habuit. unum de ancilla. et unum de libera. Sed qui
de ancilla. secundum carnem natus est. Qui autem de libera.
per repromissionem que sunt per allegoriam dicta. Hec
enim sunt duo testamenta. Unum quidem in monte
syna in seruitutem generans. que est agar. Syna
enim mons est in arabia qui coniunctus est ei
que nunc est ierusalem. et seruit cum filiis suis.
Illa autem que sursum est ierusalem libera est. que est
mater nostra. Scriptum est enim. Letare sterilis que non
paris. erumpe et clama. que non parturis. quia
multi filii eius deserte magis quam eius que habet
uirum. Nos autem fratres secundum ysaac promissionis fi
lii sumus. Sed quomodo tunc qui secundum carnem natus fu
erat persequebatur eum qui secundum spiritum. ita et nunc.
Sed quid dicit scriptura? Eice ancillam et filium eius.
non enim heres erit filius ancille cum filio libere. Ita
que fratres non sumus ancille filii sed libere. qua liberta
te christus nos liberauit. V.

Stare et nolite iterum iugo seruitutis conti
neri. Ecce ego paulus dico uobis. quoniam si circum
cidamini christus nichil uobis proderit. Testificor autem rur
sum omni homini circumcidenti se. quoniam debitor est
uniuerse legis faciende. Euacuati estis a christo
qui in lege iustificamini a gratia excidistis.
Nos enim spiritu ex fide spem iusticie expectamus.
Nam in christo ihesu neque circumcisio aliquid ualet
neque preputium. sed fides que per caritatem operatur.
Currebatis bene. quis uos impediuit ueritati non obe
dire? Persuasio non est ex eo qui uocat uos. Mo
dicum fermentum totam massam corrumpit.
Ego confido in uobis in domino quod nichil aliud sa
piatis. Qui autem conturbat uos. portabit iu
dicium quicumque est ille. Ego autem fratres si circum
cisionem predico. quid adhuc persecutionem pat
ior? ergo euacuatum est scandalum crucis. Uti
nam et abscidantur qui uos conturbant. Vos
enim in libertatem uocati estis fratres tantum ne liberta
tem in occasionem detis carnis sed per caritatem
seruite inuicem. Omnis enim lex in uno sermone
impletur. diliges proximum tuum sicut te ipsum.
Quod si inuicem mordetis et comeditis. uidete
ne ab inuicem consummamini. Dico autem. Spiritu
ambulate. et desideria carnis non perficie
tis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum. spiritus
autem aduersus carnem. hec enim sibi inuicem aduer
santur. ut non quecumque uultis illa faciatis. Quod
si spiritu ducimini non estis sub lege. Manifesta
autem sunt opera carnis. que sunt fornicatio.
immundicia. luxuria. ydolorum seruitus. uene
ficia. inimicitie. contentiones. emulationes. ire.
rixe. dissensiones. secte. inuidie. homicidia.
ebrietates. comessationes. et his similia. que
predico uobis sicut predixi. quoniam qui talia agunt
regnum dei non consequentur. Fructus autem spiritus
est. caritas. gaudium. pax. longanimitas.
bonitas. benignitas. fides. pacientia. man
suetudo. modestia. continentia. castitas. Ad
uersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt christi. car
nem suam crucifixerunt. cum uiciis et concupis
centiis. Si uiuimus spiritu. spiritu et ambulemus.
Non efficiamur inanis glorie cupidi inuicem pro
uocantes. inuicem inuidentes. VI.

Fratres et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto
uos qui spirituales estis. instruite huiusmodi in spiritu
lenitatis. considerans te ipsum ne et tu tempteris.
Alter alterius honera portate. et sic adimplebitis
legem christi. Nam si quis existimat se esse aliquid
cum nichil sit. ipse se seducit. Opus autem suum
probet unusquisque. et sic in semetipso gloriam ha
bebit. et non in altero. Unusquisque enim onus suum
portabit. Communicet autem his qui cathezizatur
uerbo. ei qui se cathezizat in omnibus bonis.
Nolite errare. deus non irridetur. Que enim seminauerit
homo. hec et metet. Quoniam qui seminat in carne sua
de carne et metet corruptionem. Qui autem semi
nat in spiritu. metet uitam eternam. Bonum autem fa
cientes. non deficiamus. tempore enim suo metemus non defi
cientes. Ergo dum tempus habemus. operemur bonum
ad omnes. maxime autem ad domesticos fidei. Vi
dete qualibus litteris scripsi uobis manu mea.
Quicumque uolunt in carne placere. hii cogunt uos
circumcidi tantum ut crucis christi persecutionem non pa
tiantur. Neque enim qui circumciduntur legem custo
diunt. sed uolunt uos circumcidi tantum ut in car
ne uestra glorientur. Michi autem absit gloriari nisi in cruce
domini nostri ihesu christi. per quem michi mundus crucifixus est.
et ego mundo. In christo enim ihesu neque circumcisio ali
quid ualet. neque preputium aliquid sed noua creatura. Et
quicumque hanc regulam secuti fuerint. pax super illos
et misericordia. et super israel dei. De cetero nemo michi
molestus sit. Ego enim stigmata ihesu christi in corpore meo
porto. Gratia domini nostri ihesu christi cum spiritu uestro. Amen.
fratres